



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1784

VD18 13322648

§. 42. Scriptores Acatholici hoc anno defuncti, eorumque opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

dum publicis juris fecit, sub titulo *Sæc. XVIII.*
summa Criticæ Sacræ, cuius novem *A. C. 1725.*
 tomi Burgidalæ prodierunt. Edidit
 quoque plura Theologica de scientia
 Dei, de Divinorum decretorum effi-
 cacia & prædestinatione, de summo
 Pontifice, de Pœnitentia, de Missa,
 Eucharistia, Communione & liturgiis.
 His accedit Physica, & plura alia de
 Geometria, Astronomia, Optica, Mu-
 sica, Geographia, Arithmetica, nec-
 non de Rubricis tum Missæ tum Divini
 Officii, præter alia miscellanea, quæ
 omnia ab eo exarata in Burdigalensi
 Carmelitarum Excalceatorum Con-
 ventu asservantur.

§. XLII.

Scriptores Acatholici hoc anno de- functi, eorumque opera.

Inter Scriptores Acatholicos, qui hoc
 anno decesse, celebriores sunt.
 I. Paulus de Rapin de Thoyras ex il-
 lustrisima familia ortus, qui scripsit
 Historiam Angliæ decem voluminibus,
 necnon dissertationem de Wighs &
 Torrys præter excerpta ex Anglicis
 actis Rymeri: Pater Niceron hunc
 Scriptorem valde commendat, ex eo,
 quod a partium studio alienissimus fuisset.
 II. Martinus Chladenius, qui edi-

P 5

dit

Sæc. XVIII. dit *Institutiones homiliticæ &exegeticas*, necnon *Theologiam moralem*.
A.C. 17.6 **III.** Joannes Meier Calvinista, qui vulgavit opusculum de sceptro Messiae, librum de origine & caussis Festorum, de Templo Ezechielis &c. **IV.** Caspar Calvoer Lutheranus, qui posteris reliquit *Rituale Ecclesiasticum*, necnon schismata & controversias præcipuas, quæ Ecclesiam ab Ascensu Domini usque ad Sæculum XVII, agitarunt. **V.** Matthias Hiller, qui composuit tractatum de Arcano Keri & Kethib, necnon *Institutiones linguae sanctæ*, *Onomasticon Sacrum*, *Sciapraphiam* grammaticæ hebraicæ, *lexicon latino-hebraicum* præter plura alia.

§. XLIII.

Sacræ Congregationis consultatio circa duodecim Noaillii Cardinalis articulos.

Interim Cardinales pro dijudicandis Noaillii articulis designati frequentes habuere conventus. Varia erant eorum judicia; omnes tamen in eo convenere, *Breve Apostolicum*, quo præfati articuli approbarentur, *nec dannum*, *nec promittendum esse*, solus Cardinalis Davia Noaillio aliquantulum favere videbatur: *Scotus* tamen &

Ori.